ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 55v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quia per multiloquium sparsa a secreto se intrime consideratio
nis excludit. totamq; se insidiantis hostis uulneribus detegit.
quia nulla munitione custodie circumcludit. Vnde scriptum
est. Sicut urbs patens et absq; murorum ambitu. ita uir qui non
potest in loquendo cohibere spm suum; Quia enim murum silentii
non habet. patet inimici iaculis ciuitas mentis. et cum se per
uerba extra semetipsa eicit. aperta se aduersario ostendit.
quam tanto ille sine labore superat. quanto et ipsa que uincere
contra semetipsa p multiloquium pugnat. Plerumq; autem
qa p quosdam gradus desidiosa mens in lapsum casus impellitur.
dum ociosa cauere uerba negligimus. ad noxia peuenimus.
ut prius loqui aliena libeat. post modum detractionibus
eorum una de quibus loquitur mordeat. Ad extremum uero usq;
ad apertas lingua contumelias erumpit. Hinc seminantur
iras stimuli. oriuntur rixe. accenduntur faces odiorum. pax
extinguitur cordium. Vnde bene psalmo ne dicit; qui
dimittit aquam caput iurgiorum est. Aquam quippe dimit
tere est linguam influxum eloquii relaxare. Quo contra
in bonam et a parte rerum dicit. Aqua profunda uerba
ex ore uiri; Qui ergo dimittit aquam caput est iurgiorum.
qua qui linguam non frenat concordiam dissipat; Vnde
e diuerso scriptum est; Qui imponit stulto silentium iras mitiga
t; qui autem multiloquio seruiens linguam frenare nequaquam
it. accedit ut rectitudinem iusticie tenere nequaquam possit.